Pax Christi.

Quemadmodum, vir reverende, cum Bremæ adhuc agerem, semper mihi persuasum fuit, te mihi omnibusque rebus deditissimum esse: ita etiamnum in eadem sententia sum et persevero. Hinc fit, ut tui memoriam ex animo meo delere nequeam, sed eam potius quo quo versus mecum circumferam. Et quanquam hoc tempore terrarum mariumque intervallis ab invicem corporib[us] disjuncti sumus, animis tamen (uti spero) semper erimus conjunctissimi, nihilque, dum vixerimus, mutuum amicitiæ nostræ vinculum disrumpet, sive finem aliquem afferet. Quoniam autem hoc tempore coram tecum agere non licet, quo tamen possum modo litteris te affabor, submisse obsecrans, ut, quæcunque scripta fuerint, in meliorem partem, pro solito tuo candore, interpreteris. Principio itaque scito res meas eum statum modo tenere, quem ego iampridem in votis habui. Ut enim semper Deo [illegible] fisus sum, ita ille etiam vicissim me desertum esse minime passus est, sed ex omnibus periculis ereptum, pro sua misericordia tandem in tuto collocavit. Identidem mihi oblatæ fuerunt functiones scholasticæ, correctoratus nimirum, unde quotannis stipendij loco minimum ducentos aureos potuissem lucrari: sed quoniam in bonis litteris et medicina cupiebam maiores progressus facere, nolui equidem tales conditiones acceptare, præsertim cum mediocria saltem media ad studiorum telam pertexendam mihi non defutura sperarem. Progressuum, quos in medicina feci, [illegible] [illegible]; sed hoc doleo, quod unicum tantum Medicinæ professorem hic habeamus, qui tamen ab ægrotis non raro interpellatus, nobis vacare, adeoque assiduus in prælegendo esse non potest. Quæ certe vel primaria caussa est, quod iamdudum mihi pedes pruriant, cupiamque, si fieri possit, alio studiorum gratia me [illegible] meorum [illegible] [illegible], tandemque feliciter

Reverendo et Dnī doct. Jo.
Joanni Hildebrandt Ecclīæ
Dei q. E. ad Martinum
in urbe Bremensi ministro
fideli fratri amando

cum Meinard.

Amicus

Pax Christi.

[Qu]emadmodum, vir reverende, cum Bremæ adhuc agerem, semper mihi persuasum fuit, te mihi
[omnibus]que rebus deditissimum esse: ita etiamnum in eadem sententia sum et persevero. Hinc
[fit,] ut tui memoriam ex animo meo delere nequeam, sed eam potius quocunque versus mecum
[cir]cumferam. Et quanquam hoc tempore terrarum mariumque intervallis abinvicem corporib[us]
[dis]juncti simus; animis tamen (uti spero) semper erimus conjunctissimi, nihilque, dum vixe-
rimus, mutuum amicitiæ nostræ vinculum disrumpet, vite finem aliquem afferet. Quo-
[ni]am autem hoc tempore coram tecum agere non licet, quo tamen possum[us] litteris
[te] affabor, submisse obsecrans, ut, quæcunque scripta fuerint, in meliorem partem,
[pro] solito tuo candore, interpreteris. Principio itaque scito res meas eum statum
[ob]tinere, quem ego iampridem in votis habui. Ut enim semper Deo spiritusque duxi-
[que] fisus sum, ita ille etiam vicissim me desertum esse minime passus est, sed
[ex] omnibus periculis ereptum, pro sua misericordia tandem in tuto collocavit. Iden-
[tid]em mihi oblatæ fuerunt functiones scholasticæ, correctoratus nimirum, unde quotannis
[stip]endij loco minimum ducentos aureos potuissem lucrari. sed quoniam in genere litte-
[rarum] et medicina cupiebam maiores progressus facere, nolui equidem tales condi-
[tio]nes acceptare, præsertim cum mediocria saltem media ad studiorum telam per-
[tex]endam mihi non defutura sperarem. Progressuum, quos in medicina feci, meron
[...]unt; sed hoc doleo, quod unicum tantum Medicinæ professorem hic habeamus,
[qu]i tamen ab ægrotis non raro interpellatus, nobis vacare, adeoque assiduus in
[do]cendo esse non potest. Quæ certe vel primaria caussa est, quod iamdu-
[dum] mihi pedes pruriant, cupiamque, si fieri possit, alio studiorum gratia me
[con]ferre, ut hic uberiores laborum meorum fructus percipiam, tandemque feliciter
[...]perem meis studijs addam. Nec enim fas esse iudico omnem ætatem in
[sch]olis terere, sed simulatque mediocriter artis, quam sectamur, præceptis imbuti
[su]mus, ut tum ea ipsa in actum deducentes, crebris experimentis ad humani
[ge]neris emolumentum, communisque societatis conservationem usurpemus, optimum
[es]se existimo. Quis enim est, quantumvis perspicacissimo ingenio præditus, qui per
[to]tius vitæ cursum, nedum in scholis, omnes artis, cui se consecravit, canones
[et] mysteria perdiscere possit? Hoc ut de omnibus artibus verum est, ita
[de] medicina verissimum est, utpote quæ extra controversiam artium omnium
[lon]ge difficilima censeatur. Et quod Cicero de virtute dicit, eius nimirum
[lau]dem omnem in actione consistere; id artibus etiam suo quodam iure
[com]petit. Maturabo igitur quantum possum studia mea, ut post biennium
[vel] circiter tuto mihi ad artis medicæ opera aditus pateat. Accrescunt certe anni,
[et] sumptus forte non ita diu mihi suppeditabuntur. Maturato igitur opus esse,
[qui]s negabit? Quia vero, ut ex quorundam relatu habeo, Helmstadij insignes
[vir]i sunt, qui medicam artem illic publice profitentur, libenter hoc anno elapso
[si] omnino id mihi permissum fuerit, Helmstadium concederem. Ne quid
[aut]em temere et inconsulto aggrediar, peto ut, nisi tuæ dignitati molestiam
[ali]quam creaverit, data occasione mihi notifices velisne an cara Helmstadij
[sit] annonæ ratio; item num ne civis pateat communitas, an vero certo alicui
[...]mero, et quantum pro mensa in singulos annumeretur annos. De his, et
[si]milibus si me solide et penitus edocueris, tam gratum id mihi erit, quam
[quo]d gratissimum. Intellexi superiori æstate Joannem Kreffingium D. Hen-
[rici] Kreffingij fratrem Heidelbergæ Licentiatum Juris renunciatum esse.
[...]ertum verum sit, nec ne, ex te cognoscere aveo. Triduo ante festum Paschatis
[hi]c duo creati sunt Licentiati Juris, et quinque eiusdem facultatis Baccalaurei,
[quo]d, credo, scholam nostram apud exteros magis magisque illustriorem reddet.
De rebus bellicis puto famam iampridem apud vos percrebuisse. Habent certe
[nos]tri exercitus instructissimos, et Zutphaniam ad deditionem faciendam
[co]egerunt, Daventriam vero etiamnum arcta obsidione cingunt, quam si supera-
verint, hostes

hostes quasi panico terrore perculsi, ultrò uictas manus porrigent. Dux Parme[...]
benter auxiliares copias mitteret illis, qui regis Hispan: imperio in Belgica parent; [...]
uim bellum non permittet inducias. Quicquid igitur copiarum conquirere potest, [...]
ablegat. Quippe illud bellum pluris facit, propterea quod uniuersus papatus abe[...]
nec Hispania cum uicinis regnis salua esse posit, nisi Rex Nauarraeus in Francia [...]
matur. Sed per Dei gratiam quod metuit, ei eueniet, et quod ipse ille propone[...]
pro sua clementia ad suæ Ecclesiæ emolumentum et incrementum ritè disponet. [...]
futurum spero, ut deuicta ac pacata Gallia, ipse pontifex Romanus suo regno [...]
post exuatur. Forte enim iam præ foribus est tempus illud, quo totus mundus clamabit, Cecidi[t]
illa meretrix Babylonica etc. Lugentibus igitur et indignantibus omnibus [...]
sacrificulis, episcopis, cardinalibus, imò diabolis ipsis Deus opus suum, quod inch[oavit]
perficiet, et uel tandem nominis sui gloriam asseret, Romanamque illam meretric[em]
præcipite in abyssum, atque ima tartara deturbabit. Aiunt exercitum nostr[um]
qui Dauentriam obsidet, constare 12. millibus peditum, et tribus millibus equitum
certè planè regius exercitus est. tormenta bellica maiora habent admodum insig[nia]
numero quasi quinquaginta, et ultra. Sed quicquid huiusce rei fuerit, certius [...]
cognosces ex studioso, qui tibi has litteras tradet. Ille te de omnibus rebus [...]
erudire poterit. In Gallijs omnia feliciter procedunt, nihilque fermè est, quo[d]
gis Nauarræi uiribus et uotis resistere queat, adeo ut etiam solum regis n[...]
aduersarijs religionis formidabile euaserit. Perscribitur certissimis litter[is]
significationibus, Regem ante paucas septimanas in deditionem accepisse dua[s]
fertilissimas et florentissimas Galliæ urbes, unam nomine Rhuanam; alteram n[...]
S. Amiss: quæ quidem posterior regum Galliæ longa serie deducendorum sepult[...]
continet. Atque ita Deus nostrorum animos suscitat, et ad rem gerendam [...]
res facit; hostium uerò consilia labefactat, eorumque conatus et machinationes fru[...]
iustitia coërcet, ut uel tandem, pudore etiam suffusi, fateri cogantur, se ha[...]
tyrannicè contra Domini gregem tulisse arma, nisi aliòqui prorsus cæcutiant, e[t]
indurati in reprobum sensum traditi sint. Peto de statu totius Reip: Bremen[sis]
sum me proximè certiorem facias. Quia n. Bremæ fermè septennium uixi, non p[...]
de eius ciuitatis incolumitate percontari, quæ me mediocri liberalium artium [...]
tione, institutisque orthodoxæ religionis, nec non bonis ac honestis exempl[is]
Insuper si quid relatu dignum audiueris de illis, qui olim mei fuerunt condi[scipuli]
ac iam in diuersis scholis litteris operam nauant, illud uelim scripto me[cum]
communices. Semper enim etiam de rebus minutissimis tua mihi grata er[unt]
Sed priusquam excidat, hoc etiam præcedentibus connectam, quod meminerim te olim, cùm pri[mum]
nos hebræa doceres, recitasse nobis epistolam D. Henrici Molleri, in qua is redde[ret ratio]
nem, quare in ista uoce Hebræa Lemarbe, quæ Latinis sonat ad multiplicatio[nem]
in medio reperiatur ם finale. Ac proinde uehementer me tibi demereberis, si pa[...]
ri super hac re sententiam proximis litteris mihi enucleaueris. Studiosi non solum [...]
sed etiam Iuris et Medicinæ hic plurimum in hebrææ linguæ addiscenda desudant, [...]
mantque fermè se in doctorum numero olim haberi non posse, nisi aliquod operæ p[...]
hac sancta lingua promouerint. Quamobrem inter professores nemo pene freque[ntius au]
ditorium habet, quàm qui hebræam linguam profitetur Iohannes Drusius. [...]
dem ille uir doctissimus, et propter editos libros celebris: uerumtamen in publi[cis]
lectionibus hoc neutiquam animaduertitur. Magis enim ad scribendum, [...]
ad publicè docendum à natura comparatus uidetur. Quanquam forte meum [...]
hac re iudicium leuiusculum uideri queat. Eodem modo Leidæ (quemadmodum
à studiosis, qui illinc ad nos transierant, accepi) nonnon in litteratura [...]
aliquid operæ ac studij ponit. Quid dicam de Anglia? ubi tantoperè hanc lingu[am]
ut plurimi

plurimi ex opulentioribus & nobilibus sibi privatim proprijs sumptibus alant, à quibus he-
…um sermonem edoceantur; neque quisquam illic alicuius nominis theologus est, nisi he-
…simul vulgo iactetur. Adeo omnium rerum vicissitudo est. Illa siquidem,
…ante centum annos videbantur aeterna oblivione sepelienda, quibus certè hebraeam
…guam etiam annumerare licet, iam reviviscunt, resurgunt, expetuntur ab omnibus,
…mmisque laudibus condecorantur. Ego quamvis in praesentiarum hebraeae linguae propter
…ia studia non vacem; nihilominus tamen gaudeo me aliquousque saltem in eius
…nitione te monstratore provectum esse, et suo tempore, ubi plus otij nactus ero,
…Deo ita visum fuerit, ulterius adhuc progrediar. Hac cum scriberem, plenis
…us in omnibus fermè compitis, et trivijs Franicae decantabatur, Comitem Guiliel-
…um Nassovium Frisiae praefectum, & exercitus archistrategum, acerrimis assidu-
…s oppugnationibus hispanica praesidia, quae Daventriam tenebant, eo adduxisse, ut
…militarium rerum inopia moti, obsidionisque periculis deterriti, legatos de deditione
…ad nostros misissent, atque ita urbem, certis quibusdam tamen antea pactis pro more
…ditionibus, in potestatem ordinum tradidissent. Hac fama ut primò fidem non
…veniebat, ita postea verissima ac certissima deprehensa omnium animos, quantum-
…etiam languore aliquo correptos, ita corroboravit, refocillavitque, ut novum porro
…insolitum vigorem adepti viderentur. Praeter omnium quippe opinionem erat, tan-
…urbem tam brevi tempore posse subiugari: cum olim, quo tempore nostrae ditiones
…erat, nulla vi, nec longissimo tempore capi potuerit. Sed nec unquam, hu-
…aniter loquendo, expugnata fuisset, nisi perfidus ille Anglicanae cohortis praefectus
…em scelerate hosti prodidisset. Hoc Epimetri vice nolui adijcere, ut cerneres,
…, quae de obsidionis apparatu paulo ante posui, è vestigio post felicem exitum,
…issimamque catastrophen sortita esse. Propter hanc obtentam victoriam postri-
…huius diei festivum, solennem, et triumphalem diem per omnes Phrisiae,
…llandiae, et Zelandiae urbes celebrabunt. In oppugnatione Daventriensi autem
…nullam sed moderatam cladem noster exercitus accepit, propterea quod tresce-
…tes funditus in murorum conscensione deleti sunt. Certissimum denique est
…mitem Guilielmum ter millies maioribus istis tormentis et machinis bellicis
…urbem globos ignivomos eiaculatum esse, adeo quidem, ut amplius valli
…inter duas portas subversis penitusque dirutis, ac solo fermè aequa-
…sit. Te verò cum charis: tua coniuge, & reliqua familia Deo commendo,
…eundemque oro, ut sanctis tuis laboribus benedicat, ut piè in hoc seculo vivas,
…postea in aeternum vivas; Amen. Saluta quaeso meis verbis officiosissime
…quot mei Bremae notitiam aliquam habent. Aeternum vale vir Reverendissime.

Raptim Franicae Frisiorum Ao 1591. Mense Junio, cum pridie
noster exercitus Groningam arctissima obsidione circumvallasset.

Tuae dignitati addictissimus Henricus Leonhar-
ti Nessanus philosophiae & artis medicae studiosus in
Academia Franequerana.

q[illegible] non de suo [illegible] cum quadam [illegible] [illegible] habere q[illegible] [illegible]

2 q[illegible] ~~[illegible]~~ non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible] q[illegible] in possit [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

& [illegible] [illegible] [illegible]

3 [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] dis [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible].

4 [illegible] [illegible] an [illegible] [illegible] Helmstadij [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] &c.

5 De [illegible] [illegible] nihil [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

6 [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Reverendo et doctissimo viro Dno Joanni
Hildebrando verbi divini ministro
vigilantissimo Bremae ad S. Martini
amico suo unice colendo [illegible]
[illegible] traderentur

Bremen

[illegible] [illegible]

7 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]. [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Ego [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

& dum [illegible]